



# Panegyricus in memoriam S. Augustini.

<https://hdl.handle.net/1874/348137>

182

Nº 52


Kast 182

Pl. F N°.52

598. Petrus Marsus, Panegyricus in memoriam S. Augustini.  
[Rome, G. Herolt] z. j. 80.

182. F. 52

12 bl. [sign. a<sup>6</sup>b<sup>6</sup>] 27 r., type 1. — Rubr.  $\alpha$ . — H 10787. — Pr. 3945. —  
Bl. 1a:  $\square$  Petri Marsi Panegyricus in memorā sancti/ Augustini Ecclesiae  
doctoris eximii ad inclytos/ Fernandum & Helisabet Hispaniarum Reges/  
Christianissimos./ Bl. 12a, r. 14: ...in/ omne aeum benedictus: Amen.//  
Laus Deo Optimo: Maximo $\ddot{\text{g}}$ . Bl. 12b  $\square$ .





Petri Marci Panegyricus in memoriam sancti  
 Augustini Ecclesiae doctoris eximii ad inclitos  
 Fernandum & Helisabet Hispaniarum Reges  
 Christianissimos.

Eitus & græcorum & Romanorum fuisse  
 in institutum reges invictissimi & cordi  
 pietate celeberrimi ut maxima  
 queque virtus & excellentia summis  
 eloquentiæ viribus honestata pro usu coeundi ac ne  
 potum in institutiōe quibus officiose prospiciendū  
 est grata ingeniorum sedulitate: incorruptisq[ue] lira  
 rum monumentis a situ defendetur. Quo nil  
 equidem duco laudabilius. Dotes quippe animos  
 amplissime suo premio non fraudant &  
 thesaurus maiorum nōrum ardētissima uirtute  
 compatus ad posteritatis cultum & decus gene  
 rosa liberalitate transmittit. Qualem & in ac  
 tionibus: & diuini prope acuminis peculiari so  
 lertia omniq[ue] sagacissime mentis pfectione sin  
 gularis Augustinus xpianæ rei. p. ciuibus sum  
 ma caritate reliquit ut illis citra maximā notā  
 ingratis esse nō liceat. Quapropter ne ad gratia  
 rum sacra uacuus accederem qd nō iniuria pro  
 bro daretur licet minutissima quedam æra in xpī  
 gazophilatum a me deiici possint/panegyricū  
 hunc in tantis doctoris nomen eo studiosius elu  
 cubraui q[uod] maximus euāgelicæ legis assertor &



hereticoꝝ acerrimus oppugnator habitus ē &  
fuit. Cuius laudatissimis uestigiis cū Maiestas  
uſa pari uoto & piæ mentis ardore insitum hoc  
munusculo digna imprimis uisa est. Q uis enī  
pace alioꝝ dixerim præter Fernandū & Hellſa  
bet fortē: magnanimos iustos & pios Hispani  
arū Reges hostibus xpianī nōis tanto genero  
ſe mentis ardore bellum indixit. Q uis eos dū  
taxat hostes habendos putauit qui crucis xpī  
hostes haberentur & essent? Quis bellum pīcū  
loſiſimū cum his quibus ob eoꝝ immanitateꝝ  
de capite certatur & uita tāto inuicti animi ro-  
bore & constantia generoſiſsimis digna regibꝝ  
ætate nřa gessit unqꝝ? Vestrīs auspiciis xpianæ  
religionis augustissimū caput Roma his diebꝝ  
triumphauit: & Mauros catheratos clarissime  
uictoriæ testes læte spectauit quod equidem in  
maxia uſe celitudinis glīa posueriꝝ. Hoc est re-  
giū profecto munus: hæ artes: hæc pietas. Ce-  
teri ut lubet imanissimis turcis: & atrocissimis  
Mauris in xpianum nomen undiqꝝ ſeuientibus  
desidia torpeſcant & ignauia. V os aut̄ heroicæ  
mentes pergit ad clarū decus ut facitis & auis-  
tis regnis omni labe purgatis in aphricā ſubin  
de renascentis hydræ caput transmittite: ut tā  
dem noxiū uirus herculeo ardore comburatur  
Augustiniꝝ precibus pio ardori ſuffragantibꝝ

2

Tagastū illius natale solū prophanis Mauris extorquentes. ac memphiticam natōem superstitione Magmedea infectā expugnātes ad clarissimū recuperati sepulchri uestris armis & auspicio redemptoris nři triumphum spe optima contendite. quoꝝ uota deus ex alto secundans rata efficiat. cui est honor & glā i æternū. amē

Superstitione magna

¶ Dilectus deo & hōibus cuius memoria in bñ dictione est: Ecclesiastici. v. &. xl. c.

Illa rudis antiquitas: & agrestis incōditaq; multitudo Patres amplissimi: quæ olim per agros & sylvas passim errans ritu ferarū uagabatur: perspicaci quorundā ingenio: summa quasi supra hōiem prudentia excellentiqa; bonitate ad ciuilem cultū & uitæ melioris cōmoda. necnō ad mores hōis diuini animalis excellentia dignos traducta de se benemeritos aut merentes dilexit in primis. Et beneficioꝝ memor Reges cæterosq; cōi utilitati prospicientes ut numina coluit: ac uotis oib; cœlo sacrauit: Hoc idem populus ille quondā electus & arcto q̄uis uinculo illius legis quæ contumacibus horrorem incutiebat astrictus grato aio effecit quicquid a supremo illo numine consequetus esset acceptum referens Moysi: quem assertorem: quē du

cem: quē deniq; legis latorem ac dei omnipotētis interpretē ueneratus fuerat: & sequutus postea uero q̄ lucifer ille nř matutinus illuxit & legem euangelicā quæ bona dī annuntiatio p̄ mulgauit: melioribus auspiciis longe maiora xp̄i milites factitarūt: laboribus & uigiliis non parcentes: ut saluatoris nři uestigiis insisterent & nō minus honestis actōibus q̄ doctrina diuinatus inspirata oībus gentibus & natiōibus ad quas eoꝝ sonus legisq; gr̄e annūtiatio simul & enarratio penetrauit p̄ uirili parte consulerent Quā appellatione honestissima omnibusq; gentiliū titulū ac triūphoꝝ laurea maiorē honestati sunt: Quoniam nullo modo erubescētes euangeliū ignaras gentes: & calidissimi hostis multiplici laqueo irretitat docendo soluerant militatis ecclesiæ doctores habitū sunt & appellati: mundo in primis utiles: deo gratissimi: Quos inter aqla illa grādis magnaꝝ alaq; Augustinus nunq; satis laudat: hereticorū scutica malleusq; durissimus: Necnō ad succidēdas heres quæ subinde pululabant ualidissima securis pīnde ac nouum sydus lōge refulget cui uelut colunne adamantine xp̄ianum dogma inicitur: Cuius honori & gloriæ uir ille singulis dies noctesq; p̄spiciens ordinem hunc optimis moribus & institutis augustissimū pia mē

3 14

te sacrauit: qui ecclesiæ catholicæ non parum  
ornamenti hactenus adiecit: Vnde maiorem  
expectatōem sustinetis p̄es imitādæ industriae  
maiorum uestrorum quos propria cōmoda mi  
nime respiciētes sectari debetis: ne penitus de/  
generasse uideamini: Quo nil turpius excogi  
tari posset: & me oraturum tanti doctoris am/  
plitudo deterret: uereorq; ne indignus ac rudis  
amplissime uirtutis laudator uidear: & ad imi/  
tationem parum uehemens hortator: atq; in/  
eptus etenim utrūq; mihi proposui ut ex ipsa  
laudatione Augustini memoria celebretur:  
& cæteri ad uirtutem excitentur: quam in aliis  
uiderint honestari Ea oratione opus est inquit  
Plato quæ defunctos satis laudet: supstites be/  
nigne moneat: & filios fratresq; ad ipsorum imi/  
tationem hortetur: Atamen cum omnino mihi  
currendum sit: nec iam diutius pedem retrahere  
aut intra carceres inmorari liceat / admotis  
hincinde calcaribus principis mei Camerarii  
ordinis huius augustissimi protectoris a quo  
sors mea quantulacunq; est tota dependet: ne  
aures uestras castigatissimas per longa exorsa  
detineam aut superfluis demorer ambagibus  
ea tātum delibabo & perstringam quibus emi/  
nentissimus doctor Augustinus quem tāto ap

paratu confessuq; honestissimo & annua lauda  
rione ornatis dei & hominum dilectionem ac  
memoriam nominis meruit sempiternam: Cui  
rerum maximarum ponderi quoniā uires meae  
non sufficiunt: in hoc presertim clarissimorum  
ingeniorum theatro: positis ut par est genibus  
diuini numinis fauorem ac illud coelestis man/  
ne sacrarium implorabo dicens. Hauē Maria:

Tagastum erat in Aphrica oppidū ubi Augu/  
stinus modicis parentibus patricio infideli &  
Monicha fidei catholicæ amantissima natus  
est: qui diuina quadam sorte preditus obscuris/  
tatem natalium proprio splendore illustrauit:  
quod primu3 nobilitatis genus appellauit Pla/  
to: Hic præclaram futuræ sanctitatis & consu/  
matissime doctrine indole3 a teneris annis pre/  
seferens ardua quedam sibi proposita: & ma/  
gno mentis robore supra communes uires illi/  
us ætatis subnixus ad utraq; perfectionem fo/  
licitatemq; actiuam scilicet & contemplatiuam  
ad quam nati sumus comparandam sese peni/  
tus erexit: impellente necessariaq; suppeditan/  
te patritio: ut tantæ spei filium uideret disertū  
adiuuante insuper matre catholica quæ usitata  
studia doctrinæ ad diuinam gratiam consequē

14

dā nō nihil p̄futura cernebat: q̄s īq̄t ipse in se  
cūdo uolumē confessionū nō extollebat laudi  
b̄ p̄em meū: q̄ ultra uires rei familiaris impē  
deret filio quicquid etiā longe peregrinanti  
studiorum causa opus esset, multorum enim cī  
uium longe opulentiorum nullum tale negoci  
um pro liberis erat: Herculeo itaq; supercilio  
spretis uoluptatum illecebris & iis omnibus in  
quibus puerilis etas lasciuire solet: Mandauris  
quod oppidum non lōge distat a Tagasto grā  
maticen cæterasq; disciplinas quas liberales uo  
cant summa ingenii prope diuinī facilitate nul  
lo pene docente sic arripuit ut harum discipli  
narum publicos professores facile superauerit:  
& illas prius habuisse uideretur ipso teste qui  
in quarto confessionum uolumine sic scribit:  
Q uicquid de arte loquendi & disserendi quic  
quid de dīmēsionibus figurarum & de musicis  
numerisq; sine magna difficultate nullo hōim  
tradente intellexi: scis tu deus meus quia & ce  
leritas intelligendi & disputandi acumen dos  
num tuum est: sed non inde sacrificabam tibi:  
itaque mihi non ad usum sed ad perniciem ma  
gis ualebat: O fœlicem ingenii ubertatem, O  
præclaras animi dotes: O fortunatum puerum  
cui omne id quod humane conditioni optabis

Ie est benigna parens natura copiose infudit:  
Non aurum profecto non latos fundos non re  
gna non uestes attalicas: non ebur: non dimis  
diatos orbes ex ipso athlante petitos non diba  
fam purpuram triplici ue conchilio repetitam  
non indos uniones uotis omnibus optare des  
bemus; sed ingenium quo Augustinus ad rege  
humanarum diuinarumque cognitionem eue  
ctus est: quos illius memoriæ quæ in benedis  
ctione est: grato animo pioque tribuit ecclesia  
fidelium: quam ille agendo & docendo ex sau  
cibus luporum gregem dominicum uesana ras  
bie infestatium ut bonus pastor eripuit: & pro  
ouibus suis exemplo Christi animam ponere  
nunquam recusauit: Ciceroni eloquentiae prin  
cipi Augustinum magna ex parte acceptum  
nos Christiani referre debemus: Ipse nanque  
sic ait: Discebam libros eloquentiae in qua emi  
nere cupiebam peruenieram in librum quendam  
cuiusdam Ciceronis cuius linguam omnes fe  
re mirantur: liber ille ipsius exhortationem co  
tinet ad Philosophiam & uocatur Hortensi  
us: ille uero liber mutauit affectum meum &  
ad te ipsum domine mutauit preces meas &  
uota ac desideria mea fecit alia Viluit mihi  
omnis uana spes & immortalitatem sapientiae

5 19

concupiscebam æstu cordis incredibili & surge  
re iam ceperam ut ad te redirem: non ergo ad  
linguam referebam librum illum: neq; mihi lo  
quitionem sed quod loquebatur persuaserat:  
Sexdecim annos natus patre; amisi: & ab odi  
oso turpiq; lucro abhorrens generosus animus  
in suo prius natali solo deinde apud Carthagi  
nem: Romam: Mediolanumq; dicendi artem  
adolescentes edocuit: docebam inquit in illis  
annis artem Rhetoricā & uictoriosam loqua  
citatem uictus cupiditate uendebam: Non ma  
ioris questus gratia relicta carthagine Romā  
se contulit: sed fama incorruptæ discipline alle  
ctus: qua hæc inclyta urbs quæ omnis fere gen  
tes & nationes a barbarie uindicatas excoluit:  
plurimum censemebatur: Cui Ouidianū illud in  
primis conuenit: Dignus Roma locus quo de  
us omnis eat: Mediolanensibus clarum Rhe  
torem efflagitantibus a Symmacho urbis pre  
fecto illuc diuina prouidentia missus est: oēm  
philosophiam sic est amplexus ut illam condiz  
disse potius q; didicisse uideatur: dialecticen im  
mo iter ad rerum maximarum cognitiōem ex  
peditissimum ita calluit ut diuus ille Ambrosi  
us Mediolanensis antistes & magnum id tem  
poris ecclesiæ militantis columen deum preca  
tus sit ut populum Christianū a dialectica Au

gustini quem adhuc error manicheorum detinēbat liberaret: qui deum alloquens in suis confessionibus sic ait: non erubui tūc profiteri hominibus blasphemias meas: & latrare aduersus te: Quid ergo mihi tunc proderat ingenium per illas doctrinas agile: ac nullo adminiculo humani magisterii tot nodosissimi libri enodati cum deformiter & sacrilega turpitudine in doctrina pietatis errarem: Monicha pro filio eruditissimo sed a manicheis seducto: profusa lachrymis precabatur altissimum: Qui tantæ matris preces non est aspernatus: misisti inquit manum tuam ex alto & de hac profunda caligine eruisti animam meam cum pro me ploras ret ad te mea mater fidelis tua: magis quæ flent matres corpea funera: Videbat enim illa mortem meam ex fide & ex spiritu quem habebat ex te & exaudiisti eam domine: exaudiisti eam: nec despexisti lachrymas eius cum profluentes terram rigarent in omni loco orationis eius: Oueram matrem ac tanto pignore: summaq; laudatione dignissimam quæ ad summum bonum: reuocare filium nitebatur: filium quippe genuisse non satis est bonis parentibus nisi ad perfectam imaginem penitus effingat: Iam credebat Augustinus & uenenosus ille coluber virus malignitatis suæ ac liuoris euomens: men-

6 15

tem iam sanam recordatione prioris ultæ ac iu-  
cunde cōsuetudinis inficere nitebatur: Sed nil  
agis teterrima belua & inuida nil agis malleus  
erit hic durissimus quo tuum caput tuorumq;  
quibus impietatem & sacrilegum dogma per-  
suasisti ut ad te raperes conteretur. Ligatus in-  
quit eram non ferro alieno: sed mea ferrea uo-  
luntate uelle meum tenebat inimicus: & inde  
mihi cathenam fecerat: & constrinxerat me.  
Igitur inter estus contrariorum affectuum po-  
situs q; diu: q; diu cras: & cras: quare non modo  
quare non hac hora finis turpitudinis meæ cū  
lachrymis exclamauit tantæ pfecto molis erat  
tantam ecclesiæ colunam erigere: ut Mantua  
nus ille uates de Romanis orbi terrarum im-  
peraturis acclamauit: Tantæ molis erat Ro-  
nam condere gentem: Tum inqt in illa grandi  
rixa iteroris dom<sup>o</sup> meæ: quā fortiter excitaue  
ram cum anima mea exclamo: Quid patimur  
Quid est hoc: surgunt indocti & coelum rapi-  
unt: & nos cum doctrinis nostris: sine corde ec-  
ce ubi uolutamur in carne & sanguine: Tandem  
maternis uotis & Ambrosii doctrina sanctitas  
teq; suffragantibus christianæ religionis ueris-  
tatem adeptus est: & discusso erroris nubilo quo  
erat obductus manuq; Ambrosii fonte salubri  
regeneratus: Alter P aulus magister ecclesiæ

doctorq; gentium post conuersionem ac fidei  
christianæ assertor & heretice prauitatis acerri  
mus hostis factus est: in campo sacrarum scri/  
pturarū sic equos inflexit suos: ita lacertos un/  
diq; mouit: tantis uiribus athleta Christi hastā  
uibrauit in impios: Tam longa spatia ingenti  
spiritu tanta contentione transmisit ut palmā  
& triumphum facile reportauerit: Quid incre  
dibilius inquit acutissimus ille doctor Scotus  
in secunda questione prologi q; ut ad legem cō  
trariam carni & sanguini doctores pauci & ru  
des: & pauperes: possent plurimos potentes ac  
sapientes conuertere quod patet de multis fa  
pientibus primo fidei rebellibus postea cōuer  
sis ut de Paulo prius persecutore postea genti  
um doctore & de Augustino prius per Mani  
cheos seducto postea doctore catholico: Ma  
tre apud ciuitatem Hostiensem summa carita  
te sepulta quæ filii salutem ardens: illum in Ita  
liam sequuta fuerat. Tres & triginta annos na  
tus in Aphricam transmisit: & presbyter a Va  
lerio Hippomensi Episcopo auctoratus summa  
uigilatia & integritate uiam salutis populo re  
serauit uitā cum suis sectatoribus agēs ab apo  
stolis iustitū ordiniq; sacratissimo quo pluri  
mum ecclesia dei censetur: & fulget auspiciū  
dedit: Tandem Hippomensis ecclesiæ rector ele

45

doctrinam auersatur & damnat: Antistites profecto Græci præclara sapientia quondam subnixi publice sanxerunt in sinodo apud Calces donem celebrata quod eorum monumenta testantur. ut qui Aurelii Augustini scripta damnaret anathema esset: Laudatur moralis Philosophiæ parens ille Socrates & merito quidem. Laudatur diues ille Plauto cuius multiplicem doctrinam suspexit antiquitas. Laudatur artifex ille disciplinarum ac immense subtilitatis Aristoteles quem naturæ interpretem nonnulli appellant: Laudatur Musa illa attica xenophon & reliqui quos in multis fœlix illa ætas ut numina coluit: hos iusta laude nunquā fraudabo: sed illis longe Augustinum præponam: Naturalis quippe cognitio philosophorum ad salutem nullo modo sufficit: illam cum philosophis & supernaturalem nescio quo fato: qua diuina prouidentia illis denegatam cumulatissime habuit Augustinus: Varii philosophantiū libri de re publica. Quid ad ciuitatem dei: in qua sic Christianos instituit ut illos ad ueram fœlicitatem perducat: finem nostrum esse ad id reguum peruenire cuius nullus finis est ingeniose concludens: Duobus tum clarissimis lumenibus Hieronimo & Augustino fulxit ecclesia: Hieronimus plurium linguarum

noticia sacrarum scripturarum interpretacione  
multiplici doctrina & excellenti, necnon sum-  
ma dicendi ubertate ac sanctissimis morib⁹ cla-  
rus habetur & fuit: Quem Augustinus ætate  
filius licet dignitate Pater ut Hieronymus in-  
genue fatetur: & scribit uenerabatur imprimis  
Cum quo certare indecorum sibi iam dicens  
Hieronymus eum sic epistola monuit: Senem  
latitantem in cellula lacestere desine: si autem  
tuam uis uel exercere uel ostentare doctrinam  
quere iuuenes et disertos & nobiles qui possint  
& audeant tecum congregari & in disputatione  
sanctorum scripturarum iugum cum Episcopo  
ducere: Ego quondam miles nunc ueteranus &  
tuas & aliorum debo laudare uictorias: no ip-  
se rursus effeto corpore dimicare: Itaque sanct⁹  
ille senex contemplationi deditus solitudinem  
querebat & latitabat in cellulis: sed quanquam  
Augustinus non minor Hieronymo in contem-  
plationibus longe autem maior in actionibus  
uidetur: Tamen perspicacissimo ingenio mori-  
busque sanctissimis a me no fiet iniuria: pari uer-  
tice penetrasse coelos affirmo: ut de clarissimis  
priscæ philosophiæ luminibus Platone ac Xe-  
nophonte Gellius censuit: Cæteri autem doc-  
tores tam nostri que ex externi Augustino ingenii  
palmam tribuentes illum altius egredientem lo-

8 15

go interuallo uenerabundi sequuntur: Des  
nic⁹ cum genserici Vádalorū regis feritas in A  
phricam leuiret ac hippo regius arctissima bar  
barorum obsidione premeretur: Quos heresis  
ariana infecrat deum precatus est Augusti  
nus ut ciuitatem illam hostili uallo circumda  
tam liberare dignū duceret aut si eius maiestati  
aliter uideretur seruos suos ad eius uoluntate⁹  
obeundam fortis efficeret: aut certe impenden  
tibus malis eu⁹ morte subtraheret: & huius uo  
ti compos factus septimum & septuagesimum  
annum agens ne illius urbis direptionem uide  
ret Tertio mense obsidionis febre correptus/  
pie ac sancte diem clausit extremum: & anima  
illa sanctissima ad creatorem suū fœliciter eu⁹  
lauit: ut eo ad quem tanto studio laboribus &  
uigiliis anhelauerat frueretur: & hipporegius  
tanti Pontificis sepulchro plus honestatus est/  
q̄ regia quondam regum qui urbem illam cele  
brarunt: Vnde Syllius, & antiquis dilectus re/  
gibus hippo: Cum igitur Augustinus supra cō  
ditionem natalium facultatesq; domesticas alti  
us se se erigens & calcata uoluptate arduum uir  
tutis iter ingressus id omne fuerit cumulatissi  
me consequitus ad quod homo nascitur & rei  
publicæ Christianæ imprimis profuerit: & nō  
minus agendo q̄ docendo edificarit ecclesiam

ut ille mandauit quem salutis nostræ auctore<sup>z</sup>  
confitemur & colimus deo cui studiose milita/  
uit: & hominibus quorum commodis pro uiri/  
bus consuluit merito dilectus est: & eius memo/  
ria in benedictione apud deum & homines iu/  
re celebratur & uiget: cuius uestigiis insisten/  
dum est illis qui Christi militiam auspicantur  
& illos imitari exoptant quos non in umbracu/  
lis nemorosæ quondam academizæ Plato: non  
in lyceo Aristoteles: nō scurrilis ille Aristippus  
non Epicurus in hortis oscitás & uoluptatis ma/  
gister ineptus: sed auctor salutis nostræ Chris/  
tus instituit qui nobis prími parentis culpa er/  
rantibus ad cœlum iter ostendens æternæ uitæ  
premia reseruauit: & crucis uexillum erigens cō/  
tra mundi huius illecebras & fortunæ gladios  
ut nobis exemplo esset fortissime dimicauit:  
Quem ducem sequuti maiores nostri ad cele/  
stes thesauros anhelantes mundi huius diuiti/  
as magno animo contempserunt: non assenta/  
tionibus: non ambitu: non prensationibussnō  
arte: non largitionibus: non simulatōne magis/  
tratus in ecclesia dei & prelaturas aucupaban/  
tur: sed uocati a deo tanquam Aaron ad alio<sup>r</sup>e  
curam non tanq ad auri aucupium & rapinam  
sed ad opus a diuina prouidentia delegatū ad  
labores: ad ministerium: ad sollicitudines: ad

9 15

martyrium deniq; accedebant ut gregez do  
minicum summa uigilantia custodirent ac re/  
promissam iusticiæ coronam acciperent: Maio  
res inq; nostri memores illius qui dixit: Exem/  
plū meū dedi uobis ut quēadmodū ego facio  
ita & uos faciatis. Religionum fundamenta ie  
cerunt deo & hominibus dilecti: quibus in uiz  
nea domini dies noctesq; laborantibus illud cō  
ueniebat in primis: Cor iusti meditatur sapien  
tiam & lingua eius loquitur iusticiam: ac uita  
functis in memoria æterna erit iustus. Nunc au  
tem timendum est patres dicam quod sentio:  
& dicam libere timendum est inq; patres ne re/  
ligiones quotquot sunt deceptiones appellen/  
tur & pastoribus pecuniarum loculis per fas &  
nefas comparatis auare incubantibus merito  
dici poslit. Mortui sunt diuites & in inferno se  
pulti: deflexit enim ut uerbis Ciceronis utar Iā  
non aliquantum sed multum de spatio: curricu  
loq; consuetudo maiorum: Anhelant quippe  
inprudētes & indocti ad magistratus: qui sunt  
ad alios non ad se: Ac uirum ostendunt ut est a  
philosopho scriptum diuinitus & sic custodes  
custodum indigēt: quo ut inquit Plato nil pos  
set excogitari absurdius: Tales homines pon  
deri rerum nulla ex parte sufficientes in alto so  
lio caligant: & cecus cecum ducit ut ambo in fo

ueam cadant: Toto impetu clavum inuadunt  
temerarii ut sutilis nauicula saxis iuncta nauis  
fragio peat et penitus dissoluatur Auara celeno  
uncis iugubus raptura nūmos occupat prelatas  
turas: Immemor Gregorii sic monentis: Scire  
debent prelati qđ si peruersa unq̄ perpetrant  
tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos  
pditionis exempla transmittunt: sardanapalū  
uiuentes & ab domini suo nati non gloriæ pu-  
blica bona & Christi patrimonium rapiunt ut  
protendere possint a qualiculū: & quod paupe-  
ribus diuidendum esset abiiciant in palatum:  
& uentre obeso buccisq; sagina tumentibus de  
continentia disputent: & ieunio: de quibus ita  
queritur deus per Prophetam: Pastores demo-  
liti sunt populum meum & pascebant semetip-  
pos: syllanas cesarea sq; dictaturas immo tyran-  
nides nulla nō arte sibi progāt hipochritæ tri-  
stes aut plures annos habeāt ad rapinas: & sub  
ouillo tegmine lupi rapaces cōi peculio propri-  
as locupletēt domos: O stultas religiosos: men-  
tes: O pectora ceca: rem uilissimā pro aīæ glo-  
ria cōmutamus: obliti sumus dixisse dñm Vhe  
uobis diuitibus qui consolationem uestram  
hīc habetis: pater ille uester Augustinus Cuius  
hodie celebritatē merito recolimus toxicum  
esse animæ pecuniarum cupiditatem clamat

Ecclesiasticus ita cōcionatur: Si d̄ives fueris nō  
eris adelicto immunis. Paulus Thimotheū sic  
instituit: Qui uolunt diuites fieri incidūt in la  
queos diaboli: facūdus ille senex Hieronymus  
Nepotianum sic alloquitur: obsecro itaq; te ac  
repetens iterum iterumq; monebo: ne officiū  
clericatus: genus antiquæ militiæ putas: idest  
ne lucra sæculi in christi queras militia: ne plus  
habeas q; cū clericus esse cepisti Ignominia est  
omnium sacerdotum propriis studere diuiniis:  
quantis sudoribus hereditas cassa expetitur mi  
nori labore pmissa Christi margarita emi po  
terat. Discat inquit Prelatus se esse ex ore pro  
phetico nō tā ad imperādum q; ad fatigādum  
assumptum: discat opus esse sarculo nō sceptro  
pace non bello: uirga correctionis non gladio  
punitionis: Non annus profecto sufficeret si ta  
lia maiorum nostrorum: tum gentilium: tum  
Christianorum documenta recensere perge  
rem. Quapropter receptui iam canens ad  
me reuertar: Nouistis enim illa Patres sed hoc  
in morali Philosophia nō sufficit: nisi cognitōi  
& uerbis actio consentanea sequatur: ad quā  
uos currentes impello & hortor: Scitis Patres  
scitis quanta sit facta labes: quæ nota sit iniusta  
religionibus eorum culpa qui pro eo certant  
& digladiantur: quod si ueri milites Christi;

ni essent: ut uid eri uolunt: penitus contemnent: Iam non est qui faciat bonum: nō est usq; ad unum: Hæc hæc est illa prava ætas atq; peruersa quam Hieremias diuino spiritu afflatus notauit his uerbis / A maiore usq; ad minorem omnes student auaritiae: & a propheta usq; ad sacerdotem omnes student deceptioni: his malis temporibus Virgilianum illud accommodatur: En quo discordia ciues perduxit miseris: En quis conseruimus agros: principum delyramentis Italiae quondam reginæ mundi uiscera distrahuntur: Religio nostra sanctissima Christianorum culpa cōtemnitur: quæ undicq; squallida & lachrymis perfusa genas ad uos clamat patres: uos precatur: uos implorat: uos obtestatur: uos reuocat dicens: Quo quo fertis mea signa uiri: Impendentem ceruicibus nostris ultionez cernimus: Attamen cæco impetu in precepis ruentes strictum diuinæ iusticiæ gladium non horremus: Optimam igitur uiuendi disciplinam a maioribus nostris traditam: sed morum culpa iam labantem confirmate Patres: ne in filios diffidentiae ac uipeream sobolem superni numinis ira descendat: & malos male perdens aliis uineam suam locet agricolis: qui redant ei fructum temporibus suis: & in medium consulentes illius uestigiis insistatis: quem uos

Etus talem egit Episcopum qualem Paulus uas  
electionis descriperat & perpetuum bellum in  
dicens hereticis gregem sibi diuina prouiden-  
tia delegatum uigilanti studio custodiuit: & ue-  
ri Pastoris baculo luporum rabiem longe sum-  
motam penitus deterruit: Nil huius eminentis  
simi doctoris omni uita iustius: Nil cōsilio pru-  
dentius: nil animo in aduersis fortius: nil mens-  
sa cītra simulationem uitæ seuerioris frugalius  
dici potest: Ebrietas dicebat longe est a me mis-  
fereberis domine ne appropinquet mihi in his  
temptationibus positus Certo quotidie aduer-  
sus concupiscentiam manducandi & bibendi  
de illecebra odorum non satago nimis cum ab-  
sunt non requiro: cum adsunt non respuo: pa-  
ratus eis etiā semper carere: Nouerat certe uir  
optimus & eruditissimus postremam iniusticiā  
esse hominem malum bonū apparere: Q uod  
est a Platone scriptum diuinitus: nouerat etiā  
in uinea domini se esse cultorem ut illam uepri  
bus obductam non minus actionibus q̄ uerbis  
excoleret: Ad salutem igitur gregis sibi crediti  
inhelans: & uerbis ut decet Episcopum consen-  
taneam uitam agens ecclesiæ non minus exem-  
plo q̄ doctrina dies noctesq; p̄spiciebat ut om-  
nes in eum tanquā sanctitatis exemplar & om-  
nium uirtutum imaginem intuerentur: Noue-

rat profecto dixisse dominum Vos estis sal ter/  
ræ q̄ si sal euanuerit in quo salietur: & uos estis  
lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra  
montem posita: neq; accendit quis lucernaꝝ ut  
ponat eam sub modio sed super candelabrum  
ut luceat omnibus qui in domo sunt. Tanq; lu/  
minaria in mundo inquit Hieronymus/lucere  
debent Episcopi: ut ex ipsoruꝝ actuū lumine in  
creduſæ mentes errantium ignorantiaſe ſuæ te/  
nebras deprehendant: & ut non ſolū uiuus ſed  
etiam uita functus ecclesiæ pſpiceret claris mul  
tiplicibusq; monimentis: quæ recenſere longū  
eſſet/ posteritati consuluit: fontemq; uberrimū  
recluſit: a quo tot riuuli quibꝫ irrigata uiret ec  
clesia emanarunt: & diuinis de trinitate libris  
de tribus personis & una ſubſtantia differens  
ſic copioſe ueritatem aperuit: ut nil in tanta re  
tamq; ſublimi & a ſenſibus remotiſſima non ſu  
perficiuſiſis ingeniiſ ſed ueritati acquiescentibꝫ  
desideretur: Et omnes qui in curriculo ſacraruꝝ  
litterarum doctrinæ nomen adepti ſunt locos  
graues & ſubliſmes Augustino principi accep  
tos grato animo referunt. Hinc Magister ille  
ſententiarum pendet & reliqui quos breuita  
tis cauſa pretero. Tanta eſt huius eminentiſſi  
mi doctoriſ eruditio: ut iſ crassioriſ ingenii me  
rito habeatur: & ebetioriſ qui eius ſingularem

12. 19


bis patrem relicto mundo & eius mellito felle  
adoptastis ne proverbum illud uobis conue-  
niat: Canis ad uomitum suum rediit: pergit le-  
to animo ut facitis columnæ fidei adherentes  
Quæ magna ex parte fulcit ecclesiam: & pos-  
tis ad aratum dominicum manibus retro non  
respiciatis ne inepti regnis cœlestib⁹ diuino iu-  
dicio uideamini: ac sanctæ Matris memoriam  
colite: Quæ prius uisceribus deinde spiritu tā  
clarum sydus mundo produxit: excussis uitioꝝ  
sarcinis sic expediti uiuamus ut cuꝝ dies noster  
aduenerit Augustini & Matris suffragio ad cœ-  
lestem patriam euolemus: qua ille nos dignet  
cuius uexilla sequutus est Augustinus & est in  
omne ævum benedictus: Amen.

Laus Deo Optimo: Maximoq:•


A 977495

g5505

ref.







Kas

Pl.